UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Clemens PP. S. Trudo Conf. S. Faustina M 23. Nov.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Clemens PP. S. Trudo Conf. S. Fauſtina M. 23. Nov.

Studium vitæ ſanctæ.

Quanto plus & melius ſcis tanto gravius inde judicaberis, niſi ſanctius vixeris Kempis.

Deus qui nos annua B. Clementis M. tui atque Pont. (S. Trudonis C. tui S. Fauſtinæ M.) ſolennitate lætificas cōcede propitius, ut cujus natalitia colimus, virtutem quoque imitemur per D. N. Ieſum &c.

Ora pro Papa &c.

1. S. Clemens Papa Romanus poſt S. Linum, abdicans in Cherſoneſum SS. Martyribus, ad marmora ſecanda damnatis ſeſe adiunxit. Iiſdem aquæ inopia laborantibus fontem, quem ſibi agnus in monte apparens monſtrauerat, aperuit. martyrium anchora ad collũ ligato in mare demerſus cõſummauit.

2. S. Trudo Hasbaniæ comitibus ortus, puer ſæpe veſtes ſuas pauperibus donauit, a B. Clodulpho Metenſi Epo depoſito ſæculari habitu clericus ordinatus, in paternis bonis Monaſterium extruxit, quod SS. virorum Collegium euaſit circa A. 690.

3. S Fauſtina Imperatrix Maximini Imp. uxor, à B. Catharina Chriſtũ docta martyrium ab ipſa prædictum glorioſe ſubiuit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN